Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ultima cū illo. Et congregans omnis principes sacerdotum et scribas populi sciscitabat ab eis ubi xpus nasceret. At illi dixerunt ei. In bethleem iude. Hic enim scriptum est per prophetam. Et tu bethleem terra iuda. nequaquam minima es in principibus iuda. Ex te enim exiet dux. qui regat populum meum israel. Tunc herodes clam vocatis magis. diligenter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis. et mittens illos in bethleem dixit. Ite et interrogate diligenter de puero. et cum inveneritis renuntiate mihi. ut et ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regis abierunt. Et ecce stella quam viderant in oriente. antecedebat eos. usque dum veniens staret super ubi erat puer. Videntes autem stellam gaudio magno valde. Et intrantes domum invenerunt puerum cum maria matre eius. et procidentes adoraverunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum thus et myrram. Et responso accepto in somnis ne redirent ad herodem aliam viam redierunt in regionem suam. Credo. Offertorium. Reges tharsis et insule munera offerent reges arabum et saba dona adducent et adorabunt eum omnes reges terre omnes gentes servient ei. Secreta. Hostie tue quesumus domine dona populis tuis quibus non iam aurum thus et myrra profertur. sed quod hostie muneribus declarat immolat et sumunt christus xpus dominus noster. Qui tecum. Communio. Panem de celo dedisti eis. Communicantes. Con. Vidimus stellam eius in oriente et venimus cum muneribus adorare dominum. Postcon. Oremus. Oremus quesumus omnipotens deus. ut qui hodiernam celebramus festivitatem. purificatis mentibus intelligentia consequamur. Per. In festo octavam epyphanie Gloria in ex. et Credo. dr. Dominica prima post epyphaniam. In excelso throno vidi sedere virum qui adorat multitudo angelorum psallentes in unum cuius imperii nomen est in terra nostra. Ps. Jubilate deo omnis terra servite domino in letitia. Oro. Oremus quesumus domine supplicantes populi celesti pietate prosequere. ut et que agenda sunt videant et ad implenda que viderint convalescant. Per. Ad Romanos. Fratres. Obsecro vos per misericordiam dei. ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem sanctam deo placentem rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic seculo. sed reformamini in novitate sensus vestri

ut probetis